The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Castitas et continencia p

cum fonte primo

Quidam in iuuentute luxuriose uiuentes,
in senectute continentes fieri delectantur,
et tunc eligunt seruire castitati
quando libido eos seruos habere contempsit.
Nequaquam in senectute continentes uocandi sunt
qui in iuuentute luxuriose uixerunt.
Tales non habent premium
quia laboris certamen non habuerunt.
Eos enim expectat gloria
in quibus fuerunt gloriosa certamina.

Ysidorus libro II. de summo bono capitulo XXXI.

Quidam in iuuentute luxuriose uiuentes,
in senectute continentes fieri delectantur,
et tunc eligunt seruire castitati
quando eos libido seruos habere contemnit.
Nequaquam in senectute continentes uocandi sunt,
qui in iuuentute luxoriose uixerunt.
Tales non habent praemium
quia laboris certamen non habuerunt.
Eos enim expectat gloria,
in quibus fuerint laboriosa certamina.

Isidorus Hispalensis, *Sententiae*, 2.39.24-25 (CCSL 111, P. Cazier ed., p.176, ll.127-133).